B. N. C
FIRENZE
1059
15

Digitized by Google

10.59.15

AI

MACED.

1059 15

GENETHLIACON
AVGVSTI PRINCIPIS
IOSEPHI
CÆSARIS AVGVSTI LEOPOLDI IMPERATORIS FILII
TRILINGVE

Latinum, Italicum, Hiſpanicum.

Auctore P. F. Franciſco à S. Auguſtino Macedo.

Luſitano Minore Obſeruante
Lectore ſui Ordinis bis Iubilato
Lectore Pontificio
Cathedratico Patauino
Chronologo Regni Luſitaniæ
Veneto Ciue.

1872

VENETIIS, Typis Antonij Tiuani. M. DC.LXXIX.

Superiorum Permiſsu.

1059.15

GENETHLIACON
PRINCIPIS AVGVSTI
IOSEPHI FILII

Romano, Auguſto, Cæſari, Imperatori
Leopoldo Patri

ELOGIO NVNCVPATVM.

Cæſari ſummo, ſupremo, Auguſto, Felici,
Phœnici, vltra Aquilas,
Imperatori
Romano
Leopoldo
Auſtriaco, Germanico, Boemico, Hungarico, Tranſiluanico
Iure priſco
Europeo, Africo, Aſiatico, Americo
Oecumenico.
Armis togato. Toga armato
Herculi Alexiaco: Atlanti, Statario,
Honorario.
Religionis, Eccleſiæ Catholicæ
Præſidio, Anchoræ, Columnæ,
Maieſtatis Apici,
Dignitatis culmini,
Celſitudinis faſtigio,
Ideæque
Regiarum virtutum: Theſauro
Dotum Cæleſtium,
Scopo Cordium,
Summæ Votorum:
Delicijs Populorum:
Amori Ciuium:
Terrori Hoſtium:
Intra Pietatem forti, extra vitium pio:
Vltra admirationem maximo:
Supra inuidiam ſummo:
Aduerſus fortunam ſtabili:
Præter iniuriam potenti.

Cyro frugali,
Alexandro ſobrio,
Auguſto Iucundo,
Cónſtantino Conſtanti,
Theodoſio Clementi.
Qui largior Longimano.
Animoſior Demetrio:
Antonino M tior:
Traiano Generoſior:
Martiano Religioſior;
Iuſtiniano Iuſtior,
Cuius prudentia eximia;
Cuius indoles excelſa;
Cuius fides ſpectata;
Cuius humanitas amabilis;
Cuius ſeueritas terribilis:
Cuius felicitas mirabilis.
Cui præluſit Carolus Magnus,
Cui cedit Ludouicus Pius,
Cui ſuccumbit Ottho Maior,
Cui aſſurgit Carolus V. Maximus.
Quem nulla expectatio æquat:
Quem nulla eloquentia aſſequitur:
Quem tota fama non fert:
Quem gloria integra non capit.
Quo attollente ſupercilium
Comouetur orbis,
Quo deprimente quieſcit,
Quo annuente conſentit,
Quo abnuente diſſentit.
Is
Nutu ſuſpendit fortunam:
Manu eius rotam verſat:
Digito clauum figit:
Arbitrio imperium temperat.
Perdiderunt fata vim
Eo contrà vetante;
Illi famulantur,
Et ſeruiunt.
Innatam Maieſtatem reddit venerabilem
Citra metum:

Intra

Intra reuerentiam,
Quam conciliat
Sacra dignitas Diualis
Imperatoria.
Eius virtutes indignantur
Conſuetum Mediocritatem,
Amant extrema Heroica,
Detrectant medium
Praanguſtia vitioſum.
Primas habet gloria,
Ad quam velificat
Ventis ſecundis.
Nihil in eo ſecundum
Prater Ventos.
Viuit in tempore, ſed allitur
Aeternitate:
Ibi imperaturus
Ne deſinat imperare.
Domi pacificus, foris bellicoſus;
In pace Mercurium;
In bello Martem agit.
Summouit arma hoſtilia,
Meſſuit Trophaa,
Collegit triumphos.
Hoſtes inuictos vinci poſſe docuit:
Illorum impetus repreſsit:
Impreſsiones ſuſtinuit:
Vim vi repulit:
Inſidias arte eluſit:
Nullum ſucepit bellum, niſi iuſtè;
Nullum geſsit, niſi fortiter;
Nullum confecit, niſi feliciter.
Sumebat arma, tanquam nunquam poſiturus:
Ponebat, tanquam nunquam ſuſcepturus:
Nunquam tubis obſtrepuit legibus:
Inter militares expeditiones nunquam
Iuſtitium fuit.
Iuſtitia extitit, etiam inter arma loquax:
Ius ſemper auditum,
Imo & viſum,

Quippe

Quippe ius animatum erat.
Exemplo præcipiebat iuſta,
Eodem iniuſta vetabat.
Mira ſub hoc Principe Reſpublica;
Nec iure ſcripto, nec iure
Non ſcripto indigebat.
Impreſsis Principis præeuntis
Veſtigijs inſiſtens
Ad omne fas, & ius
Rectà incedebat.
Ille ciuis perfectior, qui
Similior Principi;
Qui ſimiles habere potuit,
Pares non potuit.
Cæterum vincendo propè miraculo fuit.
Ioſue victor ſtare fecit Solem,
Leopoldus ſtare fecit Lunam
Et quidem creſcentem,
Turcicam.
Hanc diminutam capite reddidit,
Dum gladio interpoſito
Cornua ne coeant.
Nec impleant Orbem totum
Efficit.
Offecit eius luminibus, ceu Sol,
Ac eclypſim intulit.
Victor laureatus
Quatefacto Belgio,
Concuſſa Suetia,
Perterrita Turcia,
Admirante Italia,
Stupefacta Gallia,
Applaudente Hiſpania,
Exultante Germania,
Attonito Orbe vniuerſo
Triumphat
Auctus Creſcente Filio
Ioſepho
Adoleſcit ad Aeternitatem,
Et ſecum trahit immortalitatem.

GENETHLIACON TRILINGVE
Auguſti Principis Ioſephi, Auguſti Cæſaris
Imperatoris Leopoldi Filij.

LATINVM.

FVndite liberiùs vacuum per inane volatus,
Nubibus & pennas, aſtriſque micantibus alas
Auſtriacæ miſcete Aquilæ: capita alta coruſcis
Cingite ſideribus, veſtroſquę reponite nidos,
Stellæ vbi conſpicuis ſtationibus antè micabant:
Inque vicem mutate locos: nam ſidera veſtras
Obtinuere domos, Princeps vbi viſus in auras
Æthereas prodire foras è carceris aluo
Auguſtæ, Lucina iuuat quam Dia, parentis.
Exciuit ſuperos Pueri mirabilis ortus
Poſt vacuos thalamos, poſt irrita vota parentum;
Innumeraſque preces, & plena altaria donis,
Ornatoſque tholos, ſpe iam labente futuræ
Prolis, ab Auſtriacaquæ ſtipite fauſta veniret
Sceptrorumque ſimul traheret, ſeriemque nepotum
Cum gemitu fidei, collo quæ innixa recumbit;
Auſtriadum, Magni que patris, qui iungit ouile
Chriſtiadum, puri que gregis, quem ſanguine Chriſtus
Emit, alitque ſuo, pro quo ſæpè obuia bellis
Illa domus caput oppoſuit, fregitque furores
Biſtonios: igitur Natalia ſidera ſedes
Deſeruere ſuas, quibus eſt commiſſa poteſtas
Viſcera naturæ ſcrutandi, & fata notandi
Abdita natorum, primas cùm luminis auras
Attingunt, vultuſque notant, & geſta futuri
Temporis arcanis è fontibus eruta dicunt.
Expectare alios mos eſt, nec ſede moueri:
Fixa locis ſtant ſigna ſuis, ſeruant que decorum.

At nunc more nouo pro maieſtate Puelli
Deſiliunt, cunaſque petunt, circumque iacentem
Agglomerant, geminantque faces: fit Regia Cœlo
Aſſimilis: Puer in medio non fata petebat
Cum lacrymis, ſed fata dabat: diuina vigebat
Vis oculis, frontem que nitor Cœleſtis obibat,
Vel Phæbo præſente micans: ſtant aſtra refixa
Sedibus, & diſcunt totis diſcurrere tectis
Libera, luce vaga; contra ſtatione relicta
Attoniti ſiſtunt ſublato errore Planetæ,
Lucentem que chorum, ſeno ſed lumine, formant.
Vnus abeſt Saturnus; cum nam cætera turba
Summouet aſtrorum, longèque à ſedibus arcet:
Regia ne temeret triſti cunabula vultu:
Sed tamen ille ſuo ſolatia poſcit ab auro,
Spem que fouet certus vincendi, haud lumine fretus
Sidereo, flaui nixus palloribus auri:
Et Marti illudens expectans tempora belli,
Irridens que alios, quibus eſſe potentius aurum
Nouit, & infringi Fatorum hoc pondere vires.
Cingula nec deſunt quinæ cæleſtia zonæ,
Sed vetuere faces, ne cunctæ accedere tentent,
Ardentem, gelidas que iubent procul ire, manere
Temperies quas blanda vocat, quæ mollibus vlnis
Excipiant Puerum, miti que volumine cingant,
Faſcia ceu duplex quæ ſtringat pectora, & altè
Precinctum iubeat capere ardua, & aſpera belli.
Deſuper Aſtrifero ſe ſe via lactea pandit
Tramite, & inſtillat diuini nectaris hauſtum,
Vt mixtum cum lacte bibat, dulces que refundit
Ambroſiæ ſuccos, qui mella Hymettia vincunt.
Immortale cibi, potuſque apponere menſæ
Cynthia viſa genus. Venus aurea fercula condit
Roribus Idalijs, & pocula floribus ornat

Elyſijs; vitam ſapiunt quæcumque miniſtrant
Infanti: procul hinc lacrymæ, gemituſque faceſſunt:
Ridet tota domus; nihil hic mortale, caducum
Eſt nihil: auratas ſuſtentant ſidera cunas,
Summittuntque manus, nec terram tangere corpus
Suppoſita ceruice ferunt. Puer editus altè
Eminet, atque Aquilas ſubtus videt ire volantes,
Atque ſibi geminis capita inclinare coronis.
Ceu famulæ Dominum agnoſcant, ſeruire videntur
Nutibus infantis, flectuntque ad debita pennas
Obſequia, & teneris ſupponunt artubus alas.
Aſtra vehunt Puerum: formant hinc, inde coronam,
Et pariter iuſtum ſubeunt onus: omnibus vnus
Eſt amor infantem portandi, ac vna cupido.
Que propiùs cita ſtella venit de pondere gaudet
Auguſto: decus inde ſibi, lucrum que parari
Æſtimat: accurrunt certatim, & concita turbant
Agmina, ſeque premunt, melius quò tangere poſſint
Corpus, & inſinuant ſe ſe; certare videntur
De tactu; leuior que ſibi ſtella ire videtur
Maiorem quæ oneris partem capit: illa triumphat
Pondere felici, quo turget; & vnde fatigat
Inde ſuperbit, amans magis hinc, magis inde grauari.
It chorus aſtrorum, & quamquam Puer ille videtur
Exiguus, nimium graue ponderat, aggrauat intus
Maieſtas quæ ſumma latet: quæ ſanguine Regum,
Atque vltra Reges maiorum infuſa per artus
Ponderat immensùm, venaſque, & viſcera complet,
Cui non ſufficiunt Aquilæ præ mole minores,
Quamquam oneri pandunt pennata volumina niſu
Audaci, trepido que ſimul: leuior que videtur
Regius ille Puer Troiano à ſanguine cretus,
Quem præceps Aquila vna tulit, de montibus Idæ
Atque oneri ſat ſola fuit: complexa repentè

Suſtulit ad ſuperos, cùm iam raperetur adultus,
Floreret que genas propè puber, & iret onuſtus
Syluarum ſpolijs, portaret & arma Dianæ.
Sidera conſpicias Aquilas ſimulare volantes,
Vertere & in pennas radios, & cingere cunas.
Subdita ſunt Pueri, ſupponunt colla iacenti.
Reptarunt alij per ſceptra, per arma, per hoſtes:
Hic reptat ſuper aſtra Puer, luſere trophæis,
Exuuijs que alij: noſtro ſunt ſidera ludo,
Sidereæque faces, nitidi cum ſole planetæ.
Ille premit ſtellas, alludunt ſidera plantis.
Nec virtutis abeſt, Fidei que inſigne futuræ
Prodigium: namque ille manu perhibetur vtraque
Hercule magnanimo fortuna, & robore maior.
Cædere tergeminos fractis ceruicibus angues
Schiſmatis, Hereſeos, Alcoraniqne minacis.
Fallor? an hos inter cæli indulgentis honores
Aligeras video cunis adſiſtere turmas,
Complecti que alis Infantem, & cingere pennis?
Cæleſtes nimirum acies, atque agmina cerno
Spirituum, quos ardor agit, qui turbinis inſtar
Fulminei glomerant, ſummique ad iuſſa Tonantis
Euigilant prompti, & celeres mandata capeſſunt.
Horum vnus galea inſignis, clypeatus, & haſta
Terribilis, Princeps qui noſcitur agminis, aſtra
Hinc, atque hinc remouet, paulumque recedere cogit,
Aligeros infertque choros, pueroque propinquat,
Digniùs vt ſtellis oracula fundat, & ore
Fatidico, maiora fide ventura recluſis
Viſceribus cæli puero ſua fata reuelet,
Hic eſt ille acies qui ducit, & arma gubernat
Militiæ ſuperum, Michaelis nomine clarus.
Infanti propior ſic fata ex ore reſoluit.
Naſcere diuinis, Ioſephe Auguſte, creatus
Auſpi-

Auſpicijs, nomenque nouum prior inſere Faſtis
Auſtriacis, & creſce ſemel, quin ſorte ſecunda
Creſce iterum, Magni Leopoldi filius, armis
Inuicti, purique fide, ſtabilis que columnæ
Romulidis, ſimilem que tuo te redde Parenti
Marte ferox, pietate ingens: de Matre decorem
Accipe, quem deceat; virtus communis amore
Sit dos prima tibi, ſuges cum lacte pudorem,
Candorem que animi, iuris ſectator, honeſti
Conſcus, atque tenax, & Religionis auitæ
Seruator, cultor que pius, vindexque ſeuerus.
Iura dabis populis, compones legibus vrbes,
Nec minus exemplis, quorum vis maxima legum
Imperium ſuperat, cùm corda incendat amore,
Et ſtimulos dulces, animos que volentibus addat.
Hæ tibi erunt artes: populos frenare rebelles,
Conciliare humiles, & debellare ſuperbos,
Perfidiæ fibras ſcrutari, & vellere ferro.
Bella geres, Martem que coles, quæ maxima reges
Cura ſubit, iuſtaſque acies armabis in hoſtes,
Quos rabies inſana ciet peruertere ſacra,
Deierare fidem, Romanaque tollere iura,
Et pacis leges, & federa rumpere, fines
Tendere, & Imperij lacerare, & frangere vires.
Cæſareum eſt contra bellare, fidem que tueri,
Sacrilegaſque manus, auſuſque arcere furentes,
Incolumes que aras, templa intemerata tenere.
Nec minus Odryſijs obſtare tumultibus, auſus
Frangere, ne vetitos properent tranſcendere fines,
Et circum ferre arma locos, aliena rapaci
Vſurpare manu, vi ſe ſe intrudere Regnis,
Vrbibus excidium portare, incendia campis.
Sic ſoliti bellare tui, quos ſanguine reddis,
Maiores, quos ore refers: ſic arma Rodulfi,

Atque Sigiſmundus, Federicus Tertius, vnus
Ante duos poſitus: Caroluſque, & Maximus ille
Nominis excludit quod verſus, & inclytus armis
Matthias, reliqui que alij, queis vna voluntas
Hos ſuperare hoſtes, ferroque opponere ferrum.
Nec plures: ſatis vnus erit pro tempore Princeps
Auguſtus genitor Leopoldus, & omine ſolus
Nominis, & Phænix veræ virtutis imago,
Summa que maiorum, quæ tota reſurgit in vno
Auguſtùm ſoboles, & pace inſignis, & armis:
Cui Mars armipotens dabit arma, & Pallas oliuam
Paciferam, excellens ſtudijs vtriuſque refulget,
Ingens ille toga, validis ingentior armis.
Hunc Ioſephe puer creſcens imitabere, belli
Extant ore notæ, ſpiratque è pectore Martem.
Quantus eris, cùm vectus equo ſpumante feroces
Aggrediere acies, ferroque incluſus, & auro
Frena gerens, latos feries calcaribus armos,
Impatiensque moræ rapies ſpatia ampla, propinquum
Hoſtibus efficies, & quà conferta virorum
Eſt ſeges, impelles, teloque obiecta trabali
Agmina diſijcies, iterum deiecta recluſo
Enſe metes, ſternes cumulata clade maniplos.
Arma feres ceu membra mouens, innata parantur
Arma tibi, nec pondus erit, velociùs ibis
Armatus, nam membra inter numerabis & arma.
Pectus erit clypeus, dextra enſis, brachia tela.
Sub te Aquilas video victricia tollere ſigna,
Et Lunæ Ordryſiæ ſuper ardua cornua ferri
Altius, & medijs intrudere cornibus alas,
Ne coeant ambo, ne totum compleat orbem.
Quin Aquilis Turres, & Turribus addere cerno,
Fortiùs vt belles duplicato Marte Leones.
Adijcies Venetas percuſſo fædere vires,

Eſt

Eſt quibus alma fides, eſt inuiolata poteſtas:
His premit Odryſium Marci Reſpublica Martem
Iunge acies, ſociaque manus, ſeu prælia ponto,
Seu terra miſcere velis, par extat vtroque
Munere militiæ, quamquam naualibus armis
Sit melior: partire vices, Neptunia linque
Bella viris, Turcaſque mari vexare tyrannos.
Tu terra protende acies, & diuide vires
Hoſtiles, potis eſt Venetus, ſi Thracia Lunæ
Cornua non coeant, Turcarum excindere muros.
Sic tu Pannonijs, quæ ſunt tua iura, receptis
Arma vltra, ſtrepitum que feres, & libera reddes
Oppida Chriſtiadum Turcarum oppreſſa catenis;
Donec in Europa dominatus prælia vertas
In tetras Turcarum acies, & Thracia fundas
Agmina, deijciens altas àculmine turres,
Depopulans que agros, nudatas mænibus Vrbes
Diripiens, noſtris ablata parentibus armis
Reſtituens, repetens Byzantia ſceptra cruenta
Rapta manu, inuoluens ferro, face, cædibus Vrbem
Vltus auos Romæ, Templa & temerata Tonantis.
Nec ſatis: ibis ouans Solymææ ad ſacra Sionis
Mænia, diuini reſerabis clauſtra ſepulchri,
Atque aditus faciles, & libera limina pandes,
Omnibus exponens pignus venerabile Buſti
Chriſtiadum populis, pulſo cuſtode, colendum.
Quin etiam ſtudium bellandi, & conſcia recti
Relligio procul ire iubet memorabile tandem
Ad virtutis opus: ſubit illa iniuria menti,
Quam tumulo Chriſti Turcæ inflixere Tyranni
Erecta ingentis Mahometo mole ſepulchri,
Quæ ſuſpenſa tholo volitaret, & aere ſurſum,
Ceu procul ad ſuperos ſpectaret, & aſtra teneret
Commenti ſpecie mirabilis, inſcia gentis

Pectora

Pectora fallentis, quò gloria numinis adſit
Informi monſtro, nato ad mendacia, Chriſtum
Qui ſimulare volens miracula ſinxerit aſtu.
Hanc igitur molem deiectum Martius ibis
Ductor, & inuadens armato milite templum
Impia ſubuertes monumenta, altaria tolles:
Ignibus iniectis ardebit machina: iuſtos
Corruet in cineres: tumulus reſolutus abibit.
Aere de medio ſublata feretur in auras
Machina: mobilibus dabitur ludibria ventis.
Hoc molitus opus miranda laude triumphi
Verſus in Europam victricia tela reduces.
Altiùs inde volans Crucis immortale trophæum
Culmina palmiferæ ſuper alta locabis Idumes.
Hæc Michael, telum que manu ſuſpendit, & altè
Extulit, atque imam rurſus deiecit in aulam,
Et quatit: impacto gemuere palatia conto,
Errantique ſono replet leuis aura penates.
Suſpexit Michael, ceu certa repoſcat Olympum
Signa, quibus conſtet ſuperis data fata probari.
Annuit omnipotens, Cælique à parte ſiniſtra
Intonuit læuum, ſonituque oracula firmat,
Quæ dederat Michael, fiuntque ſilentia tectis.
Aligerum que chori, quà ſe via lactea pandit,
Ad ſuperos Aſtris rediere ſequentibus axes.

I T A L V M

APrite il Boſco d'intricate piume
Spiegate l'Orbe delli vanni chiuſo,
Al chiaro Sole, ed inalzate il volo
Al ſommo Ciel ò Aquile Imperiali,
Là doue faci ſplendono immortali,
Fiſſate nel gran lume,
Li ſguardi come è l'vſo,
Di voſtro occhiuto, ed Aquilino ſtuolo;
Vedrete del Sol priua, e della Luna,
La celeſte maggion, cangiando ſtelle
Lor nobile fortuna,
Per renderſi alla Culla humil'Ancelle,
Laſciando di Pianeti ſtanze belle
Abbandonate, e ſole,
All'hor che naſce in Auſtria vn nuouo Sole;

Fatto vna vampa il Ciel d'ardente brama,
Del gran Leopoldo prole ſuſpiraua,
Hercole di valor, di fede Atlante,
Colonna ferma della Chieſa, e muro,
Contr'Apoſtata infido, e Turco impuro,
E tanto più lo brama,
Quanto che più tardaua:
Hora ch'ha viſto nato il Bello Infante,
Conuertita in poſſeſſo la ſperanza,
Di piacer, merauiglia, e gioia pieno,
Nella Celeſte ſtanza,
Non poter contenerſi, è rotto il ſeno,
Doue chiuſo ſi ſtaua, ſenza freno
Del ſuo ſeggio più alto,
Non ſceſe nò, precipitò di ſalto,

Concorſero le Stelle, e li Pianeti,
Che dominanti ſono, & aſcendenti,
Di quanti à luce vengono mortali,
Soggetti à quel che chiamano deſtino;
Decreto eſſendo, & ordine diuino,
Contro li cui diuieti,
Non ſon forze potenti,
Al poter infinito diſuguali,
Ben è ver, che alle Muſe ſi concede,
Chiamar diuini alli Celeſti lumi,
Senza ſcemar la fede,
Concerti di deſtin fatal Barlumi,
E ſotto il nome di fallaci Numi,
Coprir qual manto nero,
Della fauola vn Dio, e ſolo, e vero.

Horoſcopo ſi dice, ò genitura,
La poſition di Stelle nell'iſtante,
Del Fato quando naſce, e di cui pende
Quella del Fantolino fatal ſorte,
O Miſera, o Felice, in vita, e morte.
Però la fede pura,
Del noſtro Auguſto Infante,
Dalle Stelle del Ciel nulla dipende,
In quanto tocca à Libertà humana,
Sol fu permeſſo à gl'aſtri darli quanto,
De lor influenza mana,
Vengono dunque del Bambino a canto,
Con celeſte armonia, e dolce canto,
A darli quella parte,
Ch'à ciaſchedun Pianeta il Ciel riparte,

Gioue fu il primo à dargli il Scettro in mano,
Felicità li porge il Chiaro Sole,
Tributali Saturno i ſuoi Teſori,
Conferiſce Mercurio la ſauiezza,
Miniſtra Marte militar fortezza,
Luna poter ſourano,
Venere auguſta prole,
Le Stelle poi diuiſe in vari Chori,
Formano applauſi in lieta Compagnia,
Parte intorno alla Culla rotolando,
Contro ogni ſorte ria,
Vibrano i loro raggi fulminando,
Parte con vaghi lumi van ſcherzando,
Di sù, di giù diſperſi,
Già dando ſalti, e già cantando verſi,

Beato Pargoletto, e più felice,
De gl'altri Heròi, à cui ſol fù conceſſo,
Scherzar con elmi, lancie, ſpade, ſcudi,
E ſopra allori, e palme andar carpone,
Ma tutto il Ciel à voi ſi ſottopone,
E tanto più felice,
Che fra le Stelle meſſo,
Calpeſtate i lor rai con piedi nudi,
I lumi che nel Cielo coronando,
Vanno le fronti altrui le voſtre piante
Baciano ghirlandando,
Naſcete sù le Stelle dominante,
E là del Firmamento rutilante,
L'aſtro, ch'è più lucente,
Brama tenerui hormai per Aſcendente,

Dunque dall'alto Cielo fù ordinato,
Che l'Angelica turbà diſcendeſſe,
Alla Culla bramata à Schiera, à Schiera,
Per far al Bambin nato fida guarda,
Ella bramoſa di venir, non tarda,
Già ſcende il coro alato,
Che di piume ſi teſſe,
Abbattendo le Stelle in tal maniera,
Che cangiò la lor luce in notte oſcura;
Qual de Solari Raggi vinta, e ſpenta,
Michiele di armatura,
Immortale coperto s'appreſenta,
E Capitan fra gl'altri rappreſenta,
Come all hor che guerriero,
Scacciò dall'alto Empireo il Drago fiero.

Ritirar tutti al comparir Michiele?
Che poſto in mezzo alzando la Celata,
Selua di Piume, o Iride volante,
Paſſata l'haſta alla ſiniſtra mano,
Con gentil portamento, atto ſourano,
Con narration fedele,
E tuon di voce grata,
I Fati cominciò del Bello Infante,
Cauandoli del Sen di Prouidenza,
Alle menti naſcoſti de i mortali,
Nel teſoro di ſcienza,
Chiuſi ancora alli ſpiriti immortali,
Con chiaui di diuieti pur fatali,
Hor Michiel comandato,
Da Dio apre le porte, e conta il fato.

A voi

A voi dice Gioſef concede il Cielo
Per guida hauer la Virginal Lucina,
Che ſi ammanta di Sol, calza di Luna,
E con dodeci ſtelle, ſi corona,
Queſta il ſcetro, valor, virtù vi dona,
Per mantener con zelo,
Puro la fe diuina,
Senza timor di Caſi di Fortuna,
Col nome di ſuo Spoſo vi conſegna,
Il pegno di Fauor di protettrice,
Et hora già s'inſegna,
Di far verſo di voi fida nodrice,
Ella vi condurà Stella felice,
Sicuro da Tempeſte,
Per mezzo il Mar alla Maggion Celeſte.

Vdì del nome voſtro il chiaro ſuono;
Che d'altri tanti viene ancor ſeguito,
E per terra, e per l'aria, il Ciel rimbomba,
Al di cui grido par non è la fama,
Benche con ale cento, e lingue clama,
Scarſe pur tutte ſono,
Al valor voſtro ardito,
A Dio baſta d'vn nome ſol la Tromba,
Non più ſonante che di lettre quatro,
Voi più lettre che nomi numeraſte,
Nel mortale Teatro,
Le ſtelle al Gioſef primo già proſtrato,
S'inchinano adorar voſtre pedate,
E fù quel ſogno mero,
Ma in voi Gioſef ſecondo è ſegno vero.

Sarà del voſtro Imperio il Fondamento,
La religion, la fede, Honor di Chriſto,
Retaggio proprio d'Auſtria à voi laſciato,
Da voſtri Auoli primi Imperatori,
Vgualmente diuoti, che Signori,
Di cui fù giuſto intento,
Opporre all'Ante Chriſto
Il Scettro Brando, vita, Honore, Stato,
E dal furioſo teſon di ſua corrente,
Argine fabricar, e forte muro,
Accio che incontinente,
Ritorni al Lago di Cocito oſcuro,
A voi toca il poner il freno duro,
Ecliſar la ſua Luna,
Con le creſcenti dì maggior fortuna.

Le voſtre d'imperar arti ſarano,
La pace ſtabilir, frenar Rubelli,
Gl'humili accarezar, domar altieri,
Cacciar diſcordi, caſtigar infidi,
Soſpetti allontanar, alletar fidi,
Tener di voi lontano,
Coſtumi molli, imbelli,
Et euitar eceſſi ancor leggieri,
Prima d'altrui voi gouernando ſteſſo,
Soggetto alla raggion, e legge honeſta,
Con felice progreſſo,
Eſſendo verità pur manifeſta,
Che il Prencipe che in pace degno reſta
De vizzi domatore,
Reſta ancor de nemici Vincitore.

Siete

Siete alla pietà, e all'armi nato,
La guerra pia, è propria voſtra impreſa,
Di Bella ferità, di Beltà fero,
Si moſtra il volto, ſimile alla Madre
Per lo gentil, per lo feroce al Padre,
Par che naſcete armato,
E che nulla vi peſa
D'armi la ſalma, anzi che più leggiero,
Vi rende per la guerra l'armatura,
Quanti membri vi diè, tanti metali
Vi conceſſe natura,
Per far di membri l'armi naturali,
I colori del volto ſono tali,
Che tra Beltà, e terrore,
Parte ſembrano Marte, parte Amore.

Par che vi veggio al campo vſcir ardente,
Nell'armi chiuſo ſopra vn gran deſtriero,
Aſſalir il nemico ancor diſtante,
Pungendo i fianchi al brauo Corridore,
Per far inuitta proua di valore,
Bramoſo, & impatiente,
In virtù del Corſiero,
Vnendo le diſtanze in vn iſtante,
E là doue è più folta la ſpeſſura
D'armati, e d'arme penetrar furioſo,
E con Martial Brauura,
Scompigliar il nemico numeroſo,
Ch'atterrito dal Braccio poderoſo,
Di fuga cerca ſcampo,
Laſciandoui Signor del vuoto Campo.

Seguitarete l'orme (ah non s'aſconde)
D'Auoli voſtri li Famoſi Heroi,
Rodolfi, Alberti, in guerra fulminanti,
E Maſſimiliani, ancor lor Pari,
Di più vn Carlo Quinto ſenza pari,
Che dalle Occidue ſponde,
Sino a i Lidi Eoi,
Per Mar, e Terra, e Iſole diſtanti,
Dal ſuon de mille Trombe vien lodato;
Del terzo Federico il gran valore;
Di Mattio lo ſtato,
Di quatro Ferdinandi il Marzio ardore,
Vi ſpingerano à vincer il furore,
Sotto il gran Leopoldo,
Che hà ſeco in armé la fortuna à ſoldo.

Vnite alle voſtre Aquile i Leoni,
Di Spagna, e ſuoi Caſtelli Torreggianti,
Germani voi, e loro ancor Germani,
Per ſangue, per valor, e per pietate,
Con armi inuite per la fe parate,
Guidando li ſquadroni,
Contro Tiraneggianti,
L'Orgoglio raffrenando d'Ottomani,
Dello Schiſma, Alcorano, ed Hereſia,
Nemici pur affatto ſtruggittori,
Andate in compagnia,
Acciò ch'vn altro à gara s'auualori;
Cedete la Vanguardia à lor ardori,
Che la Spagnuola ſpada,
Sà ben tra folti armati aprir la ſtrada.

Con-

Congionta con voi Spagna ancor vi caglia
Procacciar l'armi inuite della Spoſa
Del Mar, Venetia, e Bella, e ricca, e Forte,
Argine della Chieſa, alla Fè muro,
Aſilo ormai di libertà ſicuro,
Ch'ofende, rompe, e taglia,
La ſquadra Bellicoſa,
Del Turco audace, che minaccia morte,
Con mille, e mille falci damaſchine,
Contraſtando poſſanza braua è fiera,
Senza che vn punto inchine,
La Regia Fronte con ch'all'Adria impera,
Seruando la Maeſtà del Corno altiera,
Puol con vn per fortuna,
Fiaccar due corne della Turca Luna,

Il Ciel vi ſpinge con ardor diuino,
Ad acquiſtar l'Impero dell'Oriente,
Scacciando la Turcheſca Tirannia,
E liberando il Popolo che geme,
Sotto il Giogo, che lor il collo preme,
Quella di Coſtantino,
Città con man potente,
Per voi libera noua monarchia,
Formarà delle due vn bel compoſto,
Acciò che giuſto Impero vi riſorga,
Ad imperar diſpoſto,
E l'Aquila Imperial intera ſorga,
E con due teſte, e Corpi ſe n'accorga
Di quanto ben confronti,
La Coppia di due Corpi, e di due Fronti.

Reſa Coſtantinopoli, vi aſpetta
Gieruſalemme ſanta, e il ſacro Buſto,
Gia tante volte preſo, e tante perſo,
A voi riſerua il Cielo impreſa tanta,
E più di voi che di Goffredo canta,
Vuol che ſi ſottometta,
Al voſtro Imperio giuſto,
Colui che pio riſcoſſe l'Vniuerſo,
Di vita eſſendo fonte co la morte,
Vi riconoſce in parte Redentore,
Mentre per Gioſef forte,
Il Buſto vſcì da Carceri, ed Horrori,
Sà il della vita di Gieſù Lettore,
Ch'a i Gioſefi la cura,
Fu data della ſua culla, e ſepoltura.

Colte le palme d'Idumea Ombroſa,
Tolti di Sion i Lauri verdeggianti,
Vi condurrà il Bellico ardimento;
A sfauillar il fulminante Brando,
Sopra l'Africa, e l'Aſia penetrando,
La Region più ritroſa,
La parte più diſtante,
Portando l'arme horror, morte, ſpauento,
A tutti Forti, e Barbare Nationi,
Atterrando Città, Caſtella, e muri,
Disfacendo ſquadroni,
Senza à ſcampo trouar lochi ſicuri,
O Cauerne profonde, o Boſchi oſcuri,
Sin doue forman ſponde,
Del Tigri, Eufrate, Gange, e Nilo l'onde.

Meca

Meca ſarà del corſo vltima meta,
Meca fallace, che nel grembo impuro,
Del Tempio in Fame ſerua di Mahometo,
Soſpeſo in aria il corpo puzzolente,
Creder facendo al Popol miſcredente,
Che diuina, e ſecreta,
Man lo tiene ſicuro,
E ſaldo eſſendo di mortal diſſetto,
Mercè della virtù di Calamita,
Intrarai Duce inuito, e preſo il Tempio,
Li leuarai l'aita,
Dal alto caſcarà laſciando eſſempio,
Di lamenteuol d'Idolatri ſcempio,
E ſubito abbruggiato,
Vn Corpo in due cenere è tornato.

Terminati i Trionſi à i Lidi Eoi,
E la Croce ne i monti inalberata,
Sinai, Caucaſo, Tauro, Gatte, e Praſſo,
Tornarete felice al patrio ſuolo,
Seguitato dal voſtro inuitto ſtuolo,
A propagar Heroi,
Nell'aurea pace grata,
Laſciando aperto alli Nepoti il paſſo,
Per acquiſtar il reſto del Leuante,
Con ſegni di valor per tutto impronti,
Son voſtre ſtatue tante,
Che non ſia hormai, ch'il numero ſi conti.
Cercaſti per il mondo nuoui monti,
Per ſer pochi a i Trofei
Il Calpe, Apenin, l'Alpi, Pirenei.

Coſi

Coſi diſſe Michiele, e tutto il Choro
D'Augei Celeſti ſuentolando l'ale,
Aplaudì i detti con l'aurati vanni,
Concordò ancora delle ſtelle il Bando
La lor luce in facelle sfauillando,
Il Ciel tuonò ſonoro
Con fulminante ſtrale
Approuò pur gl'Oracoli ſourani.
Alzò Michele l'Haſta, e con il conto,
Il ſuolo percotendo confermato
Laſciò de i fati il conto,
E doppo hauer l'Infante ſalutato,
Dal ſtuol degl'Augei accompagnato
Et da Stelle ſeguito
Se ne pigliò del Ciel il ſentier drito.

HISPANICVM.

DEſatad de las plumas la corriente
Sobre nubes alzad, y ſobre eſtrellas
Imperiales Aguilas el buelo,
Y por las ſendas de luzientes vias
Las eſtaziones ocupad vazias
Mientras del Aſcendiente
Deſcienden luzes bellas
Por formar de la cuna nueuo Cielo
Y cantar hados, augurar ventura
Al Auguſto rezien nacido infante:
A cercarſe procura
Al niño el de Aſtros eſquadron diſtante,
Venid ò turba de Aguilas volante,
Y poned vueſtros nidos
A donde eran los Aſtros encendidos.

Causò enel Cielo el inſperado guſto
De la nueua del Parto deſſeado
Marauilloſas mueſtras de alegria,
Pueſque caſi perdida la eſperanza
Deſpues de tantos años de tardanza
De ſucceſsor Auguſto
Le vieron bien logrado
Qual Sol que trahe del Oriente el dia
Doblando con los rayos el contento
Deſpues de triſte noche, y amargo llanto
Mouioſe el Firmamento,
Y de los Aſtros el plazer fuè tanto
Que bien cubiertos del nocturno manto
A la Cuna baxaron
Adò mas Cielo que enſu Cielo hallaron,

A El

El Horoſcopo al niño preparauan
De cantarle ſus Hados deſſeoſos
Concurriendo los Aſtros, y Planetas
A dezirle de appueſta la ventura
Mas no tocaua no ala creatura
A Dios ſe reſeruauan
Los ſuccerſos famoſos:
No eran dominantes, mas ſugetas
Las eſtrellas al Principe nacido,
Que immortal a los ojos parecia,
Y como ſol luzido
De poca luz los Aſtros arguya,
Mageſtoſo moſtraua que nacia
Tal que no mendigaua
De los Aſtros fortuna, antes la daua.

Offrecieron pero ſus reſplandores
Y benignos aſpettos las eſtrellas,
Y los Planetas ſiete en competentia
Sus virtudes ocultas empeñaron,
Ser al niño fieles profeſſaron
Errantes ſin errores
Bueltos de Amor centellas.
Prometiole Mercurio la Sapiencia
Cetro Ioue, Sol fama, esfuerzo Marte
Venus fecunda prole le aſsegura
Saturno oro reparte,
La Luna toda bella y toda pura
En ſu fauor con los de mas coniura,
Promette à ſu fortuna
Que ſere Eclipſe dà la Turca Luna.

Hie-

Hieruen los otros Aſtros, y a porfia
Cercan de luz la cuna ſoberana:
Veſe la Cinta de los ſignos de oro
Ceñir el niño de vna y otra banda
Mas mentida enel ſol que eneſta vanda;
Pura la lattea Via
Nettar, Ambroſia mana,
Y con gentil aliño, y con decoro
Las que ſon guardia al Norte hazen la guarda.
A darle ſus eſtrellas coronadas
Ariadna no tarda:
Corren las cinquo Zonas ya templadas
A dar al niño en piezas dezatadas
Cintas, Faxas, liſtones,
Siruen menores aſtros de tachones.

Era à Ioſeph auguſto anguſto el Cielo
Ancho otras vezes a ſugetos breues.
Fue forza que los Angeles baxaſſen
A dar los hados y augurar ventura,
Sintiendo las eſtrellas luz mas pura:
Cedieron con rezelo
Que a quellos vientos leues
Con el ſoplo ſus luzes apagaſsen,
Con Angelica pompa mageſtoſa
Los nueue alados choros todearon
Circunferencia hermoſa
Del niño que por centro le eſtimaron,
Y todos à Miguel en comendaron
El recitar los hados
De Dios al lindo Infante deſtinados.

Entrò Miguel à fuer de Capitano
Qual contra Lucifer ſe armò guerrero,
Lanza en la dieſtra, en la ſinieſtra eſcudo,
De azero el pecho, y delmo de Diamante
Que de plumages ſelua và volante,
A la cuna cercano
Buelto gentil de fiero
Con ton de boz mezclado graue y agudo
Rompe el mudo ſilenzo de los hados
Que el Cielo occulto en ſus esferas guarda
Alli depoſitados
Mientras no viene la ſazon que aguarda
Ah ora que llegò, Miguel no tarda
Siendole permitida
La viſion de los libros de la vida.

Naced en feliz hora Auguſto Infante
Cifra de grazias, blanco de deſſeos,
De nombre nueuo y lleno de renombres
Ioſeph creziente con luzidas crezes
Multiplicandoſe del crezer las vezes
No es vn nombre baſtante
A declarar arreos
De virtudes que piden tantos nombres.
Mirad ò Niño quanto el Cielo os ama
Que Dios es ſatisfecho
Quando vn nombre lo llama
Y a uos os vienen tantos de derecho;
Argumento que os tiene tanto à pecho
Que vos pone en teatro
Con mas nombres que ſon ſus letras quatro.

Serà

Serà la fè del cetro el fundamento
Viua, y de ſantas obras animada
La libra de iuſtitia en veſtra mano
El fiel conſeruarà del peſo iuſto
Sin inclinarſe à Amor, ò odio, ò guſto,
A las leyes attento
La razon eſcuchada
Oluidando el poder de ſoberano
Qual entero Iuez dareis ſentencia,
Conſejeros tendreis de paz y guerra
De valor y prudenzia,
Bien que vno, y otra vueſtro pecho encierra:
Tal, vez quien ſigue ſus caprichos yerra,
Quien obra aconſejado
Mejora ſuertes, y contraſta el hado.

Luzen en vueſtra frente las ſeñales
De animo generoſo, y pecho fuerte:
De deſtreza y valor ſereis compueſto,
De fuertos miembros a las armas dados,
Que puedan ſuplir armas deſarmados,
Y bueltos en metales
No temeràn la muerte,
Y firme os mantendran en vueſtro pueſto;
Bolueraſe en eſcudo el brazo duro,
El pecho en peto, frente en la zelada
Y que dareis ſeguro
De perder en campaña la jornada,
Que al fin dela battalla porfiada
Armas no perdereis
Pues que en los miſmos miembros las traeis.

Vueſtras artes ſeran en el gouierno
  Hazer coſtumbre de la paz ſereno,
  A los humildes perdonar humano,
  A los ſoberuios humillar armado,
  A los rebeldes caſtigar ayrado,
  Y negando lo tierno
  Al que mezcla il veneno
  De la perfidia en el fiel Germano
  Y la diſcordia enel Imperio vnido.
  Es el manejar armas cierto Empleo
  Del Principe ſubido
  Que en altos hechos pone ſu deſſeo:
  Tendreis las armas vos por gala, y arreo,
  Y nunca mas ayroſo
  Que quando mas en guerra poluoroſo.

Pareceme que os veo Auguſto Infante
  Buſcar armado el barbaro Ottomano
  Pueſto à cauallo, es poco; en el nacido,
  Coſido almenos qual Centauro fiero,
  Ymas que el viento à cometter legiero
  El Turco aun diſtante
  A tropellando el llano
  Que las hueſtes auia diuidido,
  Iuntando las diſtanzias en momento,
  Arrojando el cauallo a la eſpeſſura
  De lanzas ciento y ciento
  Haziendo en ellos impreſſion tan dura,
  Que rompiendo la ſelua de armadura
  Abrireis ancha eſtrada
  A fuerza de la lanza, y de la ſpada.

Rota la lanza con logrados tiros
Con brauo aliento manejais la ſpada
Dando golpes a dieſtro y a ſinieſtro
Acà y alla il cauallo reboluiendo
De punta y tajo dieſtramente hiriendo:
Oyenſe los ſuſpiros
De la hueſte proſtrada
Hazeis de Marte, y muerte cruda mueſtra,
Abollais yelmos, deſmallais lorigas
Cortais cabezas, manos, piernas, brazos,
Qual Segador eſpigas,
Vn exercito entero hazeis pedazos,
Poniendoos al ſalir ſolo embarazos
De muertos los montones
En que ſe bueluen brauos eſquadrones.

Empreſa es vueſtra Emperador Romano
Frenar del Turco el orgulloſo brio,
Y el corriente tenor de ſu fortuna,
Que en furioſo teſon lleua anegados
Pueblos y Rejnos, Principes, y eſtados,
Y con furor inſano
Enſancha el ſenõrio
Haſta cerrar los euernos de ſu Luna:
Mas fue del Sol de la Auſtria detenido
Que yua con claros rayos eclipſando
La poca luz mentida,
Y quando el orbe circular penſaua
Por la falta de luz atraz tornaua
Con mueſtras inconſtantes,
Cambiandoſe ſus erezes en menguantes.

Pre-

Preparad ya las palmas immortales,
Inuencibles, y fuertes eſquadrones,
Prudentes y magnanimos caudillos
De gente grata al gran Paſtor de Roma
Enemiga del perfido Mahoma:
Y puertas infernales
A Heſperios Leones
Las Aguilas iuntad, y a ſus caſtillos
Que ſon al Rey catholico ſugetos
Por fe y ſangre a aſſiſtiros obligado
En todos los aprietos,
Enpeñando ſus armas, cetro, eſtado,
Y vereys vueſtro intento bien logrado
Que quien ſe acueſta a Eſpaña
Piedad, valor, fortuna le accompaña.

La Republica Veneta Regnante
Hija de Marco y de Neptuno Eſpoſa
Per Mar y tierra en armas ſeñalada
De la Romana digna ſucceſſora,
Que terminò el Imperio con la Aurora,
En ſanta Feè conſtante,
En guerras venturoſa,
Os ſeguirà en la bellica jornada
Per la yglesia y Patria peleando
Por conſejo del Cielo ſoberano
El poder contraſtando
De aquel Odryſio barbaro tirano
Haziendole quedar ſu intento en vano
De entronizar Mahoma
Qual Antichriſto en el Altar de Roma.

Las

Las piſadas ſeguid de los mayores
De quien haueis los Reynos heredado,
Imitad los Rodolfos, los Albertos
Vno y altro en valor claro Luzero
Vn Federico en numero tercero,
Mirad los replandores
De vn Sigiſmondo armado,
De Maximiliano los aciertos
Y del gran Carlo Quinto los trofeos,
De quatro Ferdinandos las vittorias
Con dichoſos empleos:
Ni pongais en oluido las memorias
De Matthias, attento a nueuas glorias
De vueſtro gran Leopoldo
Aquien el Cielo pone el Sol por toldo.

Vos ſolo en vos teneis cifrados todos
Los Aguelos en armas, y en arreos,
Renouando preſente los paſſados
Emprendereis feliz jornadas nueuas
Haziendo en armas admirables prueuas,
Inuentando mil modos
De luzidos empleos
A los de vueſtra ſtirpe auentajados,
De la Cuidad del grande Conſtantino
Echareis fuera el Barbaro tyrano
Vengando il dezatino
Con vueſtra poderoſa y armada mano
Y deshecho el exercito Ottomano
De la Euroda trionfante
Paſsareis enel Aſia fulminante.

Por armas librareis la Paleſtina,
Y la ſanta ciuidad del peſo tanto
Con que el Turco feroz ſu cuello oprime,
Librando con valor deſtreza y maña
Celeſtial empreſa eterna hazaña
La Reliquia Diuina
Del Cuerpo ſacroſanto,
Por quien Europa ha tantos ſiglos gime;
Y ſi a Ioſeph de Dios fue concedido
El Cuerpo viuo de Ieſus guardarlo
A vos es permittido
El ſepulchro con armas reſcatarlo
Viniendo vos Ioſeph a igualarlo
Que no es menor acierto
Guardar el viuo y reſcatar el muerto.

Del monte Sion coronareis la cumbre
Con la cruz del Caluario enarbolada,
Franqueando à los Fieles el camino:
Entrareis en los campos Idumeos
Conuertiendo en palmas ſus trofeos
Atizando la lumbre
De la fe ya apagada
Reſtituyendo el culto y honor diuino,
Del Aſia el reſto correreis trionfante
Conquiſtados los reynos Ottomanos
Paſſareis adelante
Penetrando los ſenos Africanos
Ocupados de Barbaros Tiranos,
De vueſtra eſpada el filo
Sentirà Tigri, Eufrate, Gange, y Nilo.

Inten-

Intentareis empreſa no penſada
Iuſta venganza de l'honor de Chriſto
Que los feroces Turcos vltrajaron
Acometiendo a Meca que preſume
Guardar il Cuerpo de ſu falſo Nume
Con ſepultura alzada
Con milagro no viſto,
Siendo engaño de aſtutos que inuentaron
Por virtudde la piedra yman tenerla
En el ayre del templo ſuſpendida
De manera que en verla
La gente ruda y turba inaduertida
De ſuperſtizion falſa comouida
Ser Milagro penſaſſe
De Dios, y como a Dios Mahoma honraſſe.

Rendida Meca, y conquiſtado el templo,
Moſtrareis el milagro ſer engaño
Del buſto ſuſpendido deshaziendo,
La virtud del yman con otra opueſta
Que la contraſta, en alto ya no reſta
Y cahe con exemplo
De fatal deſengaño
Veniendo al ſuelo con terrible eſtruendo
La mole de la infame ſepultura.
Hecha pedazos con hedor horrible
De putrida vaſſura
Que rendiendoſe a todos inſufrible
El a guardarla alli no fue poſſible
Y con fuego aplicado
Serà templo, y ſepulcro, y altar quemado.

Deshecho el de Mahoma y reſcatado
El de Chriſto ſepulchro, qual triunfante
De la Africa, Aſia, Europa ya vencidas
Cargado de deſpojos del Oriente
Transferiendo ſu cuna al ſol Poniente
En trono ſublimado
Os ſentareis pujante
Luna y Fortuna a vueſtros pies tendidas
Sin ſentir ni menguantes, ni mudança,
Nueuas crezes del Cielo reciuiendo
Que vence la eſperanza,
Conquiſtar nueuos reynos pretendiendo
Y no reſtar ninguno preſintiendo
Con ſuſpiros profundos
Arguireis la falta de mas mundos.

Aſſi dixo Miguel, y leuantando
En alto el haſta la tuuo con deſtrezza
Y luego la dexò caher haziendo
Con el cuento en el ſuelo vn gran ruido,
Despues mirando al Cielo recogido
Como attento aguardando
Señales de firmeza
Y al punto ſono vn trueno horrendo
De la parte ſineſtra que moſtraua
Ser de Miguel el canto verdadero,
Y que Dios lo aprouaua.
Partioſe luego el Angel, mas primero
Saludo el niño, y al Cielo andò bolando,
Y por la lactea via
Los Coros, y Aſtros le hazen compañia.

958583

COROLLARIVM PRO CREPVNDIIS MISSIS

A SVMMO PONTIFICE
INNOCENTIO XI.
PRINCIPI IOSEPHO AVGVSTO.

Ad Summum Pontificem Innocentium.

Nomina Pontificum reliquorum in Carmine ponit,
Iſtius at Nomen ponere Muſa nequit,
Namque alios poterit meliores fingere verſus,
Ficta etenim veris ſunt meliora ſuis.
At, te, Sancte Pater, meliorem haud fabula finget,
Sunt etenim veris ficta minora tuis.

Ad Auguſtum Principem Ioſephum
Pro Crepundijs.

ELEGIA.

Quæ tibi mittit amans, Ioſephe, crepundia Roma
Ille Pater Chriſti qui vice paſcit Oues
Accipe, ſunt etenim natalia munera cunis
Debita, quæ certæ ſigna ſalutis erunt.
Hæc tibi portendunt felicia facta futuro
Tempore: ſunt cunis aſtra retexta tuis.
Excute, fulgebunt; Mantilia volue, Planetæ
Extabunt; Vittæ ſidera clara ligant.

Errata in Elogio.

Pag. 3. lin. 6. Conſuetum leg. Conſuetam.
Ibidem lin. 13. allitur leg. alitur

In Poemate Latino.

Pag. 3. verſ. 15. Que leg. Quæ
Pag. 5. verſ. 10. Conſcus leg. Conſcius
Pag. 6. verſ. 15. ſpiratque leg. ſpirantque

In Poemate Hetruſco.

Pag. 3. ante fin. verſ. 25. numeraſte leg. numerate
Ibid. verſ. 27. proſtrato leg. proſtrate
Pag. 8. verſ. 13. Mattio leg. Mattia
Pag. 9. verſ. ad fin. verſ. 6. rilorga leg. riſorga
Pag. 11. verſ. 3. in Fame leg. infame

In Hiſpanico.

Pag. 2. verſ. 7. ſuccerſos leg. ſucceſſos
Ibid. verſ. vltimo ſere leg. ſerà
Pag. 3. verſ. a fin. 6. todearon leg. rodearon
Pag. 4. verſ. 4. y delmo leg. y el elmo
Pag. 6. verſ. 13. yos leg. vos
Pag. 12. verſ. a fine 3. bolando leg. legiero

2
1059.15

99 958583

[illegible]